

innæus rom. 1. Jurispubl. cap. 1. num. 22. Et hac de causâ præpostere magno conatu magnas nugas multos bodiè agere, dicit Baccho-
vius ad §. ult. Inst. de Just. & Jur. qui cum vix à limine salutarum
prudenciam, protinus ad tractanda majest. & alia imperii jura im-
pudenter prorumpunt.

10. Aurea Bulla omninò potest mutari, & hætenus & in essen-
tialibus & in accidentalibus quibusdam non fuit observata.

11. Imperium Romanum à Grecis ad Germanos fuit transla-
tum, quia ad Carolum Magnum illud primitas pervenit. Dissen-
tunt Bodinus Tholosanus, Degraßalius & Fraxinus Orator Gal-
licus apud Thuanum.

12. Imperium nostrum non est feudum Pontificis, sed hic ipse
subditus & vasallus.

13. Imperii nostri status non est simplex, b. e. vel Monarchicus
vel Aristocraticus, sed mixtus contra Reinkingium & Bodinum.

14. Prevalere tamen in eo Monarchiam deputo contra Li-
mnæum, non obstante, quam tantopere urget, Moguntini Electro-
ris Oratione de Francisco Galliarum Rege factâ & ita habet:
Animi fortitudinem ei tribuunt, sed ad Monarchiam illa spe-
ctat: nobis autem in primis Aristocratia est retinenda.

15. Non nisi Germanus in Imperatorem eligi potest.

16. Germanus & is dicendus, qui Patre vel avo Germano licet
extra Germaniam natus sit.

17. Vivente Imperatore Rex Romanorum eligi potest.

18. Diversitas Religionum in Republicâ tolerari debet.

EX JURE CIVILI PRIVATO.

19. LL. Codicis derogant LL. Pandectarum.

20. Auloxmeia de jure civili non est licita.

21. Duplex datur Jus Gentium, primævum seu dome-
sticum, & secundarium seu Jus Civile Generale vel Speciale.

22. Lex positiva non obligat in conscientia.

G

23. Prin-